Salonis, sarcophagus (III S. 9506 vidit Hirschfeld). — Iuxta legitur titulus Honoriae uxoris Constantii versibus conceptus. — 1) *A. 375. In codice Theodosiano 4, 12, 7 legitur rescriptum Valentiniani et collegarum ad Constantium proconsulem Africae datum Moguntiaci VII id. Sept. eiusdem anni 375, sed aperto errore.*

1288 mire pietatis, sapientia huius[1] et inno|centi[*a*]e totius, consularis Sicili|e, vicarius Africe, coniugi dulcissimo | Castorio qui vixit ann. XXXV m. VIII d. XV, | recessit III idus | Dec., depositus idibus Dec. dd. nn. Arcadio et Bautoni conss.[2]

In oppido Piceni Ripatransone, rep. in ruderibus Cuprae Maritimae (IX 5300 vidit de Rossi). — 1) avitus *coni. Mommsen. —* 2) *A. 385.*

1289 Fl. Iul. Catervius[1] v. c. ex praef. praetorio, qui | vixit cum Septimia Severina c. f. dulcissima | coniuge annis XVI minus d. XIII, quievit in pace | annorum LVI dierum XVIII, XVI kal. Nob., depo|situs est IIII kl. Dcb., Septimia Severina c. f. | marito dulcissimo ac sibi sarcofagum | et panteum cum tricoro[2] disposuit et perfecit.

Tolentini in ecclesia S. Catervii, arca magna ornata anaglyphis spectantibus ad religionem Christianam (IX 5566 vidit Mommsen). In eodem sarcophago praeterea leguntur versus pertinentes ad fidem Christianam Catervii et Severinae, alii pertinentes ad Bassum filium Catervii. — 1) *Incertum num idem Catervius fuerit comes sacrarum largitionum a. 379 (cod. Theod. 6, 30, 3); in inscriptione sepulcrali honor ante praefecturam praetorii susceptus omitti potuit. —* 2) *Significari aedificium rotundum cum absidibus tribus putat de Rossi (Roma sotterr. 3 p. 472 cf. p. 460).*

1290 Fl. Gorgonius v. c. | ex comite largi|tionum privata|rum[1], ex p. pret., fie. sibi ius.[2]

Anconae in ecclesia cathedrali, arca marmorea (IX 5897 vidit Mommsen). — 1) *Comes rerum privatarum fuit a. 386 (cod. Theod. 10, 13, 1). Idem memoratur a Symmacho ep. 1, 39. —* 2) *Fieri sibi iussit.*

1291 . . . . . [*vi*]r inl. ex|[*comite sacrar. la*]rgitionu[*m*], | qui est depositus die IIII k[*al.*] | Octobr. consulatu d[*d. nn.*] | Honorio XII et Theodos[*io*] | VIII Augustorum[1] | et iugalis eius Saura inl. f. sim[*ul*] | quiescit, qui est dep. prid. kl. Mar[*tias*] | Festo v. c. cons.[2] et qui de Oriente fu[*eril*] | nuntiatus.[3]

Mediolani (V 6268 viderunt de Rossi et Mommsen). — 1) *A. 418. —* 2) *A. 439. —* 3) *Cf. de Rossi inscr. chr. 1 p. XXXIII; Mommsen neues Archiv 14 p. 232.*

1292 Anicius Auchenius[1] Bassus v. c.[2] et Turrenia Hono|rata c. f. eius cum filiis deo sanctisque devoti ☧.

Ostiae rep. lapis, nunc Romae in museo christiano Lateranensi (XIV 1875). — 1) AVCHENIVS *lapis. —* 2) *Idem qui supra N. 1262.*

1293 Fl. Felix v. c.[1], magister utriusque militiae, patricius et cons. ord., et Padusia eius inl. femina, voti compotes de proprio fecerunt.[2]

archive.org